



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In D. Petri Apostoli Epistolam Vtranqve, Heinrychi  
Bullingeri Commentarius**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1534**

Inscriptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36052**

illos uero graphice per integrum caput secundum  
 depingit, differens de artibus infandis, peccatis,  
 uersutijs, demum & de interitu eorum. Quibus sum-  
 ma diligentia absolutis in 3. cap. de impijs postremi  
 sæculi moribus scribit, de contemptoribus diuini iudi-  
 cij, aduersus quorum impudentiã effrenem iudicium  
 dei futurum asserit, docens fideiũ esse, ut contemptis  
 impijs illis ipsi sese parent ad diem illam certissimam  
 quidẽ sed nemini tamen cognitã. Porro hæc omnia ar-  
 gumentis agit pressis & densis, euidentibus atq; cla-  
 rissimis. Stilus enim grauis est, sed argumentum facile  
 pijs, & quod singulis propemodum uerbis maxima  
 offerat mysteria.

INSCRIPTIO.

**S**ymeon Petrus seruus & apostolus  
 Iesu Christi his qui æque pretiosam  
 nobiscum sortiti sunt fidem in iustis-  
 tia dei nostri & seruatoris Iesu Christi,  
 Gratia uobis & pax multiplicetur per  
 agnitionem dei & Iesu domini nostri.

Inscriptio hæc exposita est. Continet scriptoris no-  
 men, & docet quibus sit scripta: ijs quoq; fœlicitatem  
 pro more epistolari imprecatur. Scriptor est Symeon  
 ille Petrus Apostolus. Hic scribit omnibus qui *ἰσότης* Fides.  
*μορ,* id est æqualem siue eiusdem pretij cū eo fidem  
 sortiti sunt. Hoc est, fidelibus in Christũ omnibus, Asi-

COMMENT. IN IL. EPIST.

anis tamen præcipue. Cæterū non dicit omnibus æquā  
 lia obtigisse dona per fidem: sed monet à fide arceri  
 neminem, siue is Iudæus sit, siue Gentilis, sed & omnes  
 Christianos in fidei dono æquari. Non præfert se alijs,  
 sed omnes Christo fidentes alloquitur ut fratres. Fides  
 uero illa innititur in iustitiā dei et seruatoris Iesu Chri  
 sti. Id quod bifariā exponi potest. Vel quod fides inni  
 tatur iustitiæ, hoc est ueritati & promissioni Dei: Vel  
 quod fides sit iustitia propter Christū qui nobis à deo  
 datus est sapiētia, iustitia & sanctificatio. Est & illud  
 obseruandū quod dixit, Pacem multiplicari per agni  
 tionem dei & domini nostri Iesu Christi. Hic enim di  
 xit, Qui ederit me non esuriet, & qui crediderit in  
 me non sitiet unquam.

CAPVT I.

**V**T eius diuina uirtus omnia  
 nobis largita est quæ ad uitā  
 ac pietatē pertinent, per agni  
 tionem eius qui uocauit nos  
 per gloriam ac uirtutē, per quæ pretiosa  
 nobis ac maxima pmissa donata sunt,  
 ut per hæc efficeremini diuinæ consors  
 tes naturæ, si modo refugeritis à corrup  
 ptione quæ est in mundo per concupis  
 centiam.

Confirmaturus fratres in fide Christi ipsosq; ad ui  
 ta